



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

409. De sancto Martino. De Libertate Spiritûs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

non propter Deum amor, idem est vitium in diversa materia. Remedium evitandi has Purgatorii causas dedit Dominus B. Magdal. de Pazzis, ut pura intentione operetur omnia.

## MEDITATIO CCCCIX.

## De S. Martino.

## De Libertate Spiritus.

**V**idebo S. Martinum paratum non mori pro bono suorum. Petam eum imitari.

*Conf. 1.* Quærere sanctitatem propter servitutem Dei est bonum, sed resignare se in manus Dei multò melius; quæ res Deo tam est grata, ac si emplastra Passionis tempore Christo fuissent apposita; ita ipse Dominus apud S. Gertrudem lib. 3. cap. 64. Hæc resignatio est dulcedo aurium ejus, amoenitas oculorum, honor humanitatis, delectatio divinitatis.

*Conf. 2.* Resignatio sui fita est. 1. In eo, ut nulli rei inhæreatur, quam Deus averfatur. 2. Expedire se ab omni eo, unde impediatur Deus, adeoque nil retinere, quo quis non indiget, sed illud dare non amiciori, sed magis indigo. 3. Conari agnoscere beneplacitum Dei, & continuo perficere; uti sensus mox agunt, quod vult animus. 4. Accipere de manu Dei & prospera, eaque referre in solam gloriam Dei, nihil sibi retinendo.



do. 5. Et aduersa, *sive vitam arduosam, sic* enim servitur Deo proprijs imperijs, auge-  
turque consolatio divina: *sive vitam infir-*  
*nam*, quia sponsa magis placet in conclavi  
sponso, quam in publico, & anima aegrotans,  
quam studio bonorum operum exercitata:  
*sive mortem*, cuius molestia excutitur ab  
animo, si eam ex Dei providentia sic ordi-  
nante cogitet accidisse, *sive* (quod sapienter  
intelligendum) *damnationem*, quod alij fo-  
rent, qui laudarent Deum. Ibid. l. 3. c. 12.

Cons. 3. Cum resignatio sui medium sit ad  
summam perfectionem, & ad recipienda  
semper nobiliora dona Dei, atque ad eva-  
dendam omnem labem, totum me resigna-  
bo in Dei beneplacitum: quia, ut non no-  
uerunt S. Martino, nec gentiles eum sub  
arbore cadente, ut obrueretur, collocando,  
nec daemon apparendo eidem, sic nulla ten-  
tatio nocebit voluntati bene reborata in  
resignatione sui ad manus Dei. Ad quam  
a me abstractionem iuvabor sumptione sa-  
cratissimæ Eucharistiæ, quia *Christus immo-*  
*latus est, & Sanguine suo nos aspersit, ut va-*  
*scantur in nobis alæ ad volandum, sine ullo*  
*impedimento in ærem divinum.* Ita sanctus  
Macharius Homil. 87.

MEDITATIO CCCCX.

Die Præsentationis B. Virginis.

HN 4

De